

108. Mandatum postulati Potentini

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

108. Mandatum postulati Potentini

1418-02-18

Nos frater Andreas de Berlangerio de Neapoli, postulatus Potentinus etc.

1

Tenore presentium mandamus vobis donno Iuliano archipresbitero Sancti Michaelis de Potentia, donno Nicolao de Porta, donno Colutio de Alma priostis et procuratoribus dicte ecclesie ac omnibus aliis clericis ecclesie ipsius Sancti Michaelis quatenus, vigore et autoritate presentium, ut bona ecclesie vestre omnia stabilia ubique sistencia ipsius ecclesie, que ipsa ecclesia habet in territorio civitatis Potentie et intus dictam civitatem in dannum ipsius ecclesie et vestrum preiudicium animale non pereant nec fraudentur a quempiam, per puplicum inventarium fiendum per vos cum omni diligentia ascribi et fieri faciatis instanter in vestrum et ipsius ecclesie comodum et honorem ac ad declarationem omnium futurorum; ascribi faciendo particulariter bona ipsa et non in aliquo obmictendo <sic> in fraudem ecclesie supradicte, sed singula in dicto puplico fiendo inventario ascribantur et alia que scribenda sunt non ammictantur quomodolibet vel perdantur / ut disparia paribus adiungantur et detur singularitas uni/cuique rei, que defectu negligentie sive fraudis non possint, nec valeant quomodolibet deperiri et in hoc nullam moram seu temporis negligentiam commictatis, sicut penam excommunicationis incurrere evitatis.

2

Si veda doc. n. 107 nota 1.
Così S per animarum

4

3

Data <*sic*> in civitate Potentia in episcopali palatio
Potentino die XVIII mensis februarii, undecime
indictionis.

Così S per omittantur